

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 5151

**Auteur(s)** : Alexandre III [pape]

**Bénéficiaire(s)** : Benjamin, Cherbourg, Notre-Dame du Vœu (abbé)

**Bénéficiaire(s)** : Cherbourg, Notre-Dame du Vœu (abbaye)

**Genre d'acte** : bulle

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1180, 13 mai

**Lieu d'émission** : Velletri

**Action juridique** : confirmation

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Le pape Alexandre [III] confirme les biens et les droits de l'abbaye Notre-Dame de Cherbourg.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Société jersiaise, *Cartulaire de Jersey*, recueil de documents concernant l'histoire de l'île conservés aux archives du département de la Manche. 1er fasc., Jersey, Beresford, 1918, n° 231, p. 310-312.

b. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 205, p. 304-306.

Texte établi d'après b

Alexander episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis Beniamin abbati ecclesie beate Marie de Cesaris Burgo eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem uitam professis in perpetuum. Quociens a nobis etc. Eapropter etc. In primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum Deum et beati Augustini regulam in eadem ecclesia institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Preterea quascumque possessiones etc. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis : locum ipsum, scilicet insulam Ulmeri, in qua prefata ecclesia sita est, cum omnibus pertinenciis suis, Nouam uillam cum omnibus rationabilibus consuetudinibus et libertatibus et aliis suis pertinenciis, molendinum super exclusam de Fera, cappellariam de Ualoniis cum omnibus pertinenciis suis, scilicet terra, quam possedit Neel Agueuille apud Ualonnias, et mansura pluribus in eodem burgo, scilicet mansura Willermi Samin, mansuris Roberti pratarii, mansura cementariorum et mansura Sibille iuxta fontem sancti Macuti, ecclesiam sancte Marie de Bellomonte, ecclesiam sancti Michaelis de Hergeuilla cum omni decima et rerum exitu et elemosinis et aliis pertinenciis suis, medietatem earundem uillarum in terra arabili et inarabili et aquis per totum, ecclesiam sancti Petri de Hubereuilla cum omni decima et aliis suis pertinenciis, decimam molendinorum regis et molarum et thelonei et nundinarum de Popeuilla, decimam molendinorum regis et molarum et nundinarum et thelonei de Uaureuilla, decimam molendinorum et molarum et siluarum et nundinarum et thelonei et cambagii de sancto Maculfo, mansuram Anguetilli Palmarii et fratrum suorum et filiorum Picoti in eadem uilla, decimam duorum molendinorum Roberti de Curzeyo apud Chineuillam, decimam molendini camerarii, tenementum Roberti de Uluilla in Uluilla et Aseuilla et Magneuilla, decimam census frumenti, auene, gallinarum, arietum et porcorum de tribus missariis

nemorum de Brais, decimam nemorum de Bernaguasto per totum in blado, porcis, arietibus, plantis, pastiagiis et uenacione et dimidiam decimam molendinorum regis in insula, que uocatur Guerinorum, ecclesiam sancte Marie de Guastauilla, ecclesiam sancte Marie de Gerba cum decimis et aliis suis pertinenciis, ecclesiam sancti Laurentii de Nacheruilla cum pertinenciis suis, cappellam sancti Clari, terram, quam dedit Helena et quam dedit Sarra et Gaufridus filius eius, mansuram, quam dedit Petrus de Bauseyo in Naccheuilla, maneriam de Oseuilla cum ecclesia et cappella et omnibus pertinenciis suis, Arreuillam cum ecclesia sancte Genouefe et omnibus, que pertinent ad dominum de Hostonio, terram magistri Iohannis in Eschedreuilla, medietatem molendini Tioc in eadem uilla, in Cesaris Burgo terram Willelmi de Heluin, terram, quam dedit magister Hunfridus, terram Roberti Socratis, terram Roberti Boselmi, campum de Forca et pratum Esneschei cum duabus acris terre, terram, quam dedit Robertus Matra in Furcauilla et Uarreuilla, Raueneuilla, sancto Maculfo, Cathelunno, Otheuilla, Anglicauilla et Boneuilla supra Boccam, ecclesiam sancti Elerii de insula Geresuo cum pertinenciis suis, sicut eadem ecclesia uobis et ecclesie uestre a uenerabili fratre nostro R(otrodo) Rothomagensi archiepiscopo est concessa et autentico eius scripto confirmata assensu principis terre, in cuius elemosina fundata est, ecclesiam sancte Trinitatis in Gereseyo cum molendinis de uilla, cum molta et seruicio hominum, cum maresco sancti Elerii et molendinis de Falesia, cum culturis de Crapolducto et carrucata Iordani de Barneuilla, cum molendino, cum castellulo fratris Ascheri, cum prioratu de Taillia, cum Heroi insula et omnibus pertinenciis suis et cum uilla de Hag in Anglia et suis pertinenciis, cum ecclesia de Hag et omnibus pertinenciis suis et cum ecclesia de Hustona et omnibus pertinenciis suis, ecclesiam de Reberna et ecclesiam de Blocodona cum pertinenciis suis et in Scotia ecclesiam sancti Cuberti de Achrt cum omnibus suis pertinenciis. Sane noualium etc. Liceat quoque uobis clericos etc. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum etc. Cum autem generale etc. In parrochialibus etc. Inhibemus eciam, ne in presbiteris presentandis aut ecclesiis ordinandis quilibet uos absque manifesta et rationabili causa grauare aut molestare presumat. Prohibemus insuper, ne ecclesias etc. Inhibemus eciam, ne infra parrochiam etc. Interdicimus quoque, ne aliquis in uos etc. Omnes preterea libertates et rationabiles consuetudines, quas illustris rex Anglorum Henricus et bone memorie M(athildis) imperatrix mater eius, aduocatrix et fundatrix prefate ecclesie, aut eorum successores uobis et ecclesie uestre concesserunt et scriptis suis autenticis firmauerunt, firmas et illibatas permanere sanccimus. Preterea nouas et indebitas etc. Pro crismate uero etc. Sepulturam preterea etc. Obeunte uero etc. Decernimus ergo etc., salua sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iusticia. Si qua igitur etc. Cunctis autem etc. Amen. Amen.

R. Ego Alexander catholice ecclesie episcopus.

Ego Hubaldus Hostiensis et Uellitrensis episcopus.

Ego Iohannes presb. card. sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pamachii.

Ego Viuianus presb. card. tit. sancti Stephani in Celio monte.

Ego Cynthius presb. card. tit. sancte Cecilie.

Ego Matheus presb. card. tit. sancti Marcelli.

Ego Laborans presb. card. sancte Marie trans Tiberim tit. Calixti.

Ego Paulus presb. card. sancte Pudenciane tit. Pastoris.

Ego Rainerius diac. card. sancti Georgii ad uelum aureum.

Ego Gracianus diac. card. sanctorum Cosme et Damiani.

Ego Iohannes diac. card. sancti Angeli.

Ego Reinerius diac. card. sancti Adriani.

Ego Matheus sancte Marie noue diac. card.

Dat. Uelletr. per manum Alberti sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii III id. maii, indictione XIII, incarnationis dominice anno M°C°LXXX, pontificatus uero domni Alexandri pape III anno XXI°.